



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XXIII. Bischof Siegfried von Brandenburg bestätigt eine vom Erzbischofe Wichmann an die Kirche zu Jüterbogk vorgenommene Schenkung, vereignet ihr die Zehnten und das Archidiaconat, im April 1174.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

arearum fundos in civitate Parduwin a fidelibus oblatos, ecclesiam quoque in Cechowe cum sua dote et omnibus decimis ejusdem villae et tertiam partem decimarum de villis ad eam pertinentibus, sed et ecclesiam in Goliz cum dote sua et tertiam partem decimarum tam hujus villae quam aliarum ad eam pertinentium. Haec et omnia data et concessa tam a praedecessoribus nostris episcopis quam a principibus et aliis fidelibus, ego Sifridus Brandenburgensis episcopus protestando eidem ecclesiae cum decimis et omnibus, ad jus nostrum pertinentibus, concessi, et, ut rata et illibata in evum permaneant, auctoritate patris et filii et spiritus sancti et beati Petri et nostra stabilivi et proprio sigillo communivi. Si quis igitur ea infringere aut temere mutare praesumpserit, nisi resipiscat, anathematis condignae sententiae hic et in perpetuum subiaceat. Amen. Hujus rei testes sunt Wigmannus, Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopus, Walo, Havelbergensis episcopus, Rotgerus, majoris ecclesiae praepositus, Otto, Reimarus, Henricus, ejusdem ecclesiae canonici, Henricus praepositus ad Sanctum Sebastianum, Conradus decanus, Gevehardus, abbas de Conradesberg, Gerhardus, Brandenburgensis archydiaconus, Reinherus, praepositus de Lyeceke, Baldramus, praepositus Sanctae Mariae in Magdeburg, Hubertus, Havelbergensis praepositus, Ilfridus, praepositus de Jerycho, Otto, marchio Brandenburgensis et filii ejus.

Nach dem Originale. Das Datum fehlt; in dem alten Copiarlo ist aber am Rande die Jahreszahl 1173 beigefügt.

XXIII. Bischof Siegfried von Brandenburg bestätigt eine vom Erzbischofe Wichmann an die Kirche zu Jüterbeck vorgenommene Schenkung, vereignet ihr die Zehnten und das Archidiaconat, im April 1174.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Sifridus, Dei gratia Brandenburgensis Episcopus. Cum Superintendentis nomine et officio auctoritate fungamur, sollicitudinis nostrae esse debet, Ecclesias nobis commissas praecipue diligere, eisque commodum et quietem non tantum in praesenti, verum etiam in futuro providere. Notum igitur facimus omnibus Christi fidelibus futuris et praesentibus, quod nos pro salute animae nostrae, desiderio quoque et petitione Venerabilis Domini nostri Wicmanni, Magdeburgensis Archiepiscopi inducti, agente dilecto nostro Gunthero de Gratia Dei dedimus Ecclesiae in Juterbuck omnem decimam, quae iuris nostri fuit, de sex manfis eidem ecclesiae ab Archiepiscopo assignatis et de aliis quinquaginta manfis in duabus villis, quarum una vocatur Dycke, altera Rothe, quas idem Archiepiscopus pro sua suorumque salute contulit Ecclesiae in Gratia Dei. Cui etiam adiecimus tertiam partem decimae de ipsa civitate Juterbuck, et de quatuor villis adjacentibus, ut eadem ratione et eodem iure ad usum illius Ecclesiae perpetuo pertineat. Nomina illarum villarum sunt haec Rutenisse, Rothenwienstorf, Brodesse et Grossestorp. Sciendum quoque, quod nos pro commo terrae illius et novitate populi, ad petitionem iam dicti Domini nostri Ottonis de Brandenburg aliorumque fidelium nostrorum Clericorum et Laicorum, decrevimus, ut Archidiaconatus terrae ipsius ad parochialem Ecclesiam Juterbuck pertineat et Praepositus de Gratia Dei ratione ipsius Parochiae, quae sua est, ibi Synodalia sine alicui contradictione, salvo Canonico iure nostro perpetualiter administret. Quae ut futuris temporibus inconvulsa et illibata permaneant, auctoritate Dei omnipotentis et Apostolorum eius petri et Pauli, ac no-

fira sub anathemate proponimus, et praesentis privilegii scripto cum sigilli nostri impressione roboramus. Hujus rei testes sunt Wichmannus, Magdeburgensis Archiepiscopus, Uldericus et Fridericus, Capellani, Arnoldus, Parochus in Jüterbuck, Fridericus, Sacerdos de Danewiz, Laici vero Dedo, Comes de Groitz, Rudolphus de Jericho, Conrad de Niemick, Gero de Gukove, Philippus de Jüterbuck, et alii quam plures Laici et Clerici. Datum et actum Jüterbuck, anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXIII.

Nach Bruns, Beiträge I, 232. Die mutmaßliche Zeit der Ausstellung dieses Documentes ersieht man aus der in Anwesenheit des Bischofes Siegfried zu Jüterbog III. Kal. Maj. ausgestellten Urkunde des Erzbischofes Wichmann in Schoettgen, Diplom. III, 392 und Schultes, II, 240.

XXIV. Der Kaiser Friedrich I. bestätigt dem Domcapitel dessen Besitzungen und Gerechtsame, am 1. Juli 1179.

— Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus, — ecclesiam Brandenburgensem, in honore dei ad titulum beati Petri, principis apostolorum in sede episcopali contra faciem paganorum constructam sub tutelam defensionis nostre suscipimus, statuentes, ut nulli hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, quia potius sub umbra protectionis nostrae ipsa ecclesia diebus nostris et numero fidelium et incremento rerum augeatur ad cumulum presentis et future felicitatis nostre. Confirmamus itaque eidem ecclesie fratribusque in ea deo militantibus possessionem et immunitatem fundi, in quo monasterium et claustrum cum officinis suis edificatum est, villasque attinentes: scilicet Ture, Tremene, Mukzowe cum decimis et omnibus appenditiis, tertias partes decimarum in villis Izzin, Crelin, Bawaresthorph, Lodiz, Wechowe, Niebeden, Goliz cum duobus mansis, ecclesiam Zechowe cum duobus mansis et tota decima, ecclesiam beate Marie in Harlungeberge, ecclesiam S. Nicolai, ecclesiam S. Godehardi in Pardwin cum curia adjacente et omnibus attinentibus, terciam partem decime de vineis in monte plantatis, quinque magnos modios falis de theloneo in Pardwin, villas etiam Garsliz, Muceltiz, Bultiz, Bukowe, Gorne, Kyk, Dambe, Schonlo cum decimis et omnibus appenditiis, duos etiam lacus, inter Gorne et Sylloe sitos, centum mansos in Zucha cum decimis et omnibus attinentibus, molendinum in Klinke, duos mansos in Rothenesleue in villa Crewiz X jugera et dimidium. Omnes igitur has possessiones, quas prefata ecclesia nunc in presenti possidet vel in posterum largitione imperatorum, episcoporum, ducum, marchionum, principum, nobilium seu cujuscunque conditionis personarum sive quibuscunque modis adipisci potuerit, imperiali auctoritate nostra ei stabiles et inconvulsas jugiter permanere decernimus tam in areis quam in edificiis, mancipiis, utriusque fexus, terris cultis et incultis, pascuis, pratis, campis, silvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et redditibus, questibus, et inquirendis in ea libertate, ut fratres, ibidem deo militantes plenam habeant potestatem eas ad utilitatem ecclesie sue convertendi. Quicumque vero contra hanc imperialis functionis paginam temerario ausu agere presumpserit, X libras auri puri persolvat, dimidium camere nostre ac dimidium prefate ecclesie. Et ut hec omnia rata permaneant, hanc cartam regali bulla nostra insigniri fecimus. Hujus rei testes sunt: Philippus, Colonienfis, Wichmannus, Magdeburgensis, Conradus, Salzburgerfis, archiepiscopi,